

**Fondazione Ugo e Olga Levi onlus**

**Lezioni, inni e salmi di tradizione orale**  
Canti liturgici in rito patriarchino

I Cantori della chiesa di Sant'Anna  
di Zoppè di Cadore (Belluno)

Renzo Bortolot, direttore

Venezia, chiesa di S. Trovaso  
Lunedì 2 dicembre 2013, ore 20.00



## **Lezioni, inni e salmi di tradizione orale**

Presentazione di

Mons. Giuseppe Camilotto  
Arciprete della Basilica di San Marco

## In Tempore Natalis

Lezione I - Novena di Natale

### ***Missus est Angelus***

Missus est Angelus Gábel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem despósátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis María.

[...]

Tu autem, Domine, miserere nobis.

Deo gratias. Jesum Christus, qui propter nostram salutem incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est, venite adoremus.

Invitatorio - Mattutino di Natale

### ***Christus natus***

Antiphona

Christus natus est nobis: venite adoremus.

Christus natus est nobis: venite adoremus.

Psalmus 94

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem eius in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Christus natus est nobis: venite adoremus.

Quoniam Deus magnus, Dominus, et rex magnus super omnes deos; quoniam non repellit Dominus plebem suam; quia in manu eius sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus eius.

Venite adoremus.

[...]

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

Venite adoremus.

Antiphona

Christus natus est nobis: venite adoremus.

Christus natus est nobis: venite adoremus.

Lezione I - Mattutino di Natale

***Primo Tempore***

Jube, Domne, benedicere.

Benèdictione perpetua benedictat nos Pater aeternus.

Amen.

Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephthali:  
et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galileæ gentium.

[...]

Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis,  
et factus est principatus super humerum ejus:  
et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis,  
Pater futuri sæculi, Princeps pacis.

Tu autem, Domine, miserere nobis.

Deo gratias.

Responsorio - Mattutino di Natale

***Hodie nobis caelorum***

Hodie nobis caelorum Rex de Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum  
ad regna caelestia revocaret: gaudet exercitus angelorum, quia salus eterna  
humano generi apparuit.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Gaudet exercitus angelorum, quia salus eterna humano generi apparuit.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Hodie nobis caelorum Rex de virgine nasci dignatus est, ut hominem  
perditum ad regna caelestia revocaret:  
gaudet exercitus angelorum, quia salus eterna humano generi apparuit.

Inno - Vespro di Natale  
***Jesu Redemptor Omnium***

Jesu, Redemptor omnium,  
quem lucis ante originem  
parem paternae gloriae  
Pater supernus edidit.

Tu lumen, et splendor Patris,  
tu spes perennis omnium,  
intende quas fundunt preces  
tui per orbem servuli.

Memento, rerum Conditor,  
nostrri quod olim corporis,  
sacra ab alvo Virginis  
nascendo, formam sumpseris.

[...]

Jesu tibi sit gloria,  
qui natus es de Virgine  
cum Patre et almo Spiritu  
in sempiterna saecula. Amen.

## **Hebdomadae Sanctae**

Inno processionale - Domenica delle Palme

***Gloria, laus et honor***

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe, Redémptor.  
Cui puerile decus prompsit Hosánna pium.

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe, Redémptor.  
Israël es tu Rex, Davidis et íclita proles:  
Nómine qui in Dómini, Rex benedícte, venis.

Glória, laus et honor tibi sit, Rex Christe, Redémptor.  
[...]

Lezione - Mattutino del Giovedì Santo

***Ex tractatu Sancti Augustini Episcopi***

Ex tractatu sancti Augustini Episcopi super Psalmos.  
Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intende  
mihi, et exaudi me.  
Satagentis, solliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista.  
Orat multa patiens, de malo liberari desiderans.  
Superest ut videamus in quo malo sit: et cum dicere cooperit: agnoscamus ibi  
nos esse: ut communicata tribulatione, coniungamus orationem.  
[...]  
Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur: aut ideo vivit, ut per illum bonus  
exerceatur.

Lauda - Venerdì Santo

***Stabat Mater***

Stabat Mater dolorosa  
iuxta crucem lacrimosa,  
dum pendebat Fílius.

[...]

O quam tristis et afflicta  
fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti!

[...]

Tui Nati vulnerati,  
tam dignati pro me pati,  
poenas mecum divide.

[...]

Quando corpus morietur,  
fac, ut animae donetur  
paradisi gloria.

Amen.

Lezione III - Mattutino del Sabato Santo

***Oratio Jeremiae – Ricordare Domini***

Incipit Oratio Ieremiae Prophetae

Recordare, Domine, quid acciderit nobis; intuere et respice opprobrium  
nostrum.

[...]

Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.

[...]

Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Iuda.  
Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

Responsorio defunti

***Subvenite Sancti Dei***

Subvenite, Sancti Dei,

occurrite, Angeli Domini,

Suscipientes animam eius, \* Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te.

Suscipientes animam eius, \* Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Requiem aeternam dona ei, Domine: et lux perpetua luceat ei.

Suscipientes animam eius, \* Offerentes eam in conspectu Altissimi.

## Vesperis de Beata Virgine

Introito

***Deus in adiutorium***

Deus in adjutorium meum intende,  
Domine ad adjuvandum me festina.  
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

Antifona e Salmo 109

***Quae est ista speciosa - Dixit Dominus***

Quae est ista, \* speciosa sicut columba, quasi rosa plantata super rivos  
aquarum?

Dixit Dóminus Dómino meo: \* Sede a dextris meis:  
Donec ponam inimícos tuos, \* scabéllum pedum tuórum.  
Virgam virtútis tuæ emítte Dóminus ex Sion: \* domináre in médio  
inimicórum tuórum.

[...]

Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sácula sæculórum. Amen.

Antifona e Salmo 126

***Benedixit te Dominus - Nisi Dominus***

Benedixit te Dominus \* in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos  
nostros.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, \* in vanum laboravérunt qui ædíficant  
eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, \* frustra vígilat qui custódit eam.

[...]

Beatus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: \* non confundétur  
cum loquéatur inimícis suis in porta.  
Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Capitolo e Inno

*In me gratia - Ave Maris Stella*

In me gratia omnis viae et veritatis, in me omnis spes vitae et virtutis: ego quasi  
rosa plantata super rivos aquarum fructificavi.

Deo grátias.

Ave maris stella,  
Dei Mater alma  
Atque semper virgo  
Felix caeli porta.

Sumens illud ave  
Gabrielis ore  
Funda nos in pace  
Mutans Evaë nomen.

Solve vincla reis  
Profer lumen caecis  
Mala nostra pelle  
Bona cuncta posce.

[...]

Sit laus Deo Patri  
Summo Christo decus  
Spiritui sancto  
Tribus honor unus  
Amen.

Antifona e Cántico  
**Beata Mater - Magnificat**

Beata Mater \* et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, sentiant omnes tuum iuvamen quicumque celebrant tuam sanctissimi Rosarii solemnitatem.

Magnificat \* ánima mea Dóminus.

Et exsultávit spíritus meus: \* in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: \* et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius, a progénie in progénies: \* timéntibus eum.

[...]

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sécula sæculórum.

Amen.





Fondazione  
Ugo e Olga Levi onlus

Palazzo Giustinian Lolin  
San Marco 2893 - 30124 Venezia  
tel. 041 786777  
[info@fondazionelevi.it](mailto:info@fondazionelevi.it)  
[www.fondazionelevi.it](http://www.fondazionelevi.it)